

Institutus est enim mortalibus omnibus patriæ amor, quo Hebræi, si quis alius populus, tenebantur maxime, utpote promissa patribus suis terræ studiosissimi. Hæc verò concessa duabus tribubus facultas non angustis ita limitibus terminabatur, ut vel sub ejus nominis obtentu, vel quacumque tandem aliâ de causâ ad cæteras non propagaretur. Id autem sibi commodum Juda reputabat, si reliquis tribus è servitute liberaret; in unum enim populum Judæis omnibus coalescentibus, quantum major populi turba regrediebatur, tantò ipse viribus et potentia augendus erat; tum majori præsidio se contra Samaritanos, veteres regionis occupatores, tuebatur. Servandum erat insuper divinæ providentiæ consiliis, quibus ita disponenda res erant, ut vaticiniis Prophetarum, non obscure nec semel reditum decem tribuum prænantibus, sua fides constaret. Quomodo etiam Jesus Christus fidem universo Israël nuntiare potuisset, si eo in Judæam veniente, insignis ejus gentis portio alibi versata esset? Nonne debuisset Christus, qui missum se ad oves quæ perierant domûs Israel protuliebatur, remotas illas regiones adire, ut miseris illis gentibus, et in umbrâ mortis versantibus lætum exortæ lucis nuntium afferret? Nonne ita Apostolos egisse, ac locutos scimus, ac si cum omnibus Judæis rem habere se arbitrantur? Nonne in eam sententiam vaticinia de Ephraïmo, Nephthali, et Zabulone exposuerunt, quasi singulas eas tribus avitam hæreditatem tenere persuaderentur?

His omnibus gemina opponunt: 1<sup>o</sup> De reditu decem tribuum in patriam nihil satis expressum usquam in Scripturâ legi. 2<sup>o</sup> Decem eas tribus adhuc in dispersione manere, comperit esse. Quibus ego respondeo: 1<sup>o</sup> Nus-

quam in Scripturâ quidem ejus rei historia legitur; nusquam etiam apparet edictum aliquod regum Chaldæorum, sive Persarum, hæc populo facultatem indulgens. Sed ejus rei defectum supplet non obscura Prophetarum oracula (1), quibus de reditu illorum, quemadmodum et de Judâ, nihil ambigendum relinquitur. Nec tamen Israelitas omnes decem tribuum in Pæstinam redisse contendimus, quemadmodum nec ex Judâ et Benjaminio omnes sub Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ avitas sedes repetierunt. 2<sup>o</sup> Potuit sensim et per turmas populus redire, ut nulla satis frequens transigratio, in annales referenda, contingerit. 3<sup>o</sup> Id potissimum ad Alexandrum Magnum referri potest, à quo, referente Josepho, Judæis omnibus concessa facultas avitas sedes repetendi (Joseph. l. 1 contra Apionem). 4<sup>o</sup> Non levibus argumentis docemur, Jesu Christi et Apostolorum ætate Judæam omnium tribuum Hebræis frequentatam fuisse.

His quæ secundo loco objiciebantur, ita respondeo, ut argumentum in adversarios regeram: Comperit tenemus, post Cyri et Darii regnum plurimos è tribubus Juda et Benjaminio Judæos per omnem latè Europam, Asiam et Ægyptum vagatos esse: quid ergo? an sub Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ tribus ille Judæam non repetierunt? Nimis, vel nihil argumentum probat. Cur nostræ opinioni ex illo invidia creetur, nihil est; poterant enim Israhelitæ decem tribuum magno numero redisse, pluribus aliis relictis. Leviori calamo hæc attigimus, peculiari dissertatione alibi discutienda. (CALMET.)

(1) Vide Osee 2, 10, et 11, 10, 2, 12; Ezech. 4, 6, et 37, 38, 39; Amos 9, 14, etc.

## DE ELIA PROPHETA Dissertatio.

Quomodo Christi Domini typus fuerit, et an ejusdem ad judicandos vivos et mortuos venturi præcursor futurus sit.

Insignem Christi typum in Eliâ Thesbite Utriusque parallelum instituit S. Cæsarius præpheta Israelitico populo Deus exhibuit. Arelatensis, Sermone de Eliâ, olim inter

Augustinianò de Tempore 201, nunc 41, in Appendice: Beatus Elias, inquit, typum habuit Domini Salvatoris, Sicut enim Elias è Judæis persecutionem passus est, ita et verus Elias Dominus noster ab ipsis Judæis reprobus est, et contemptus. Elias reliquit gentem suam, Christus deseruit Synagagam; Elias abiit in desertum, Christus venit in mundum; Elias in deserto corvis ministrantibus pascabatur, Christus in deserto mundi hujus gentium fide reficitur. Corvi enim illi qui beato Eliâ, jubente Domino, ministrabant, gentium populum figurabant. Propterea et de gentium Ecclesiâ dicitur: *Nigra sum, sed formosa...* Verè Ecclesia gentium corvis similis erat, quando viventem Dominum contemnebat, et ante acceptam gratiam, velut morticinis cadaveribus, idolis ministrabat... Venit Elias ad viduam, quia Christus venturus erat ad Ecclesiam. Illa exierat ut aquâ se lavaret, et ligna colligeret... In ligno crucis mysterium, in aquâ ostenditur Baptismatis sacramentum... Ideò duo ligna colligebat, quia in typo Eliâ Christum excipiebat. Duo ligna volebat colligere, quia crucis mysterium desiderabat agnoscere. Crux enim Domini Salvatoris duobus lignis aptata est. Ideò duo ligna colligebat vidua illa, quia in illum qui in duobus lignis pependit, credentura erat Ecclesia. Dixit ergo vidua illa: *Colligo duo ligna, ut faciam cibum mihi, et fito meo; et manducabimus, et moriemur...* Nemo enim Christum crucifixum credere merebitur, nisi huic seculo moriatur. Nam quicumque corpus Christi dignè manducare voluerit, necesse est ut moriatur præteritis, et vivat futuris... Filius viduæ defunctus jacebat, quia et filius Ecclesiæ, id est, populus gentium multis peccatis et criminibus mortuus est. Orante Eliâ, filius viduæ suscitatur; veniente Christo, filius Ecclesiæ, id est, populus christianus, de carcere mortis redicitur. Elias inclinatur in oratione, et vivificatur viduæ filius; Christus prociumbit in Passione, et suscitatur populus christianus. Quòd tribus vicibus Elias inclinatur, mysterium Trinitatis ostenditur. Viduæ enim filium, id est, populum gentium, nec solus Pater sine Filio, nec Pater et Filius sine Spiritu sancto, sed tota Trinitas suscitavit. Denique hoc etiam in sacramento Baptismatis demonstratur, dum tertiâ vice vetus homo mergitur, et novus surgere mereatur... Elias oravit, et sacrificium obtulit; Christus pro universo

mundo se ipsum immaculatam sacrificium tradidit. Elias oravit in monte Carmeli; Christus in monte Oliveti. Elias oravit ut pluvia in terram veniret; Christus ut in cordibus humanis gratia divina descenderet. Quod autem dixit Elias ad puerum suum: *Vade, et considera septies, septiformem sancti Spiritus gratiam, quæ danda erat Ecclesiæ, designabat.* Et quia ipse dixit se vidisse nubeculam parvulam ascendentem de mari, carnem Christi figurabat, quæ in mari mundi cælestius nascitura erat. Quamobrem, ne fortè aliquis dubitet, nubem illam vestigium hominis habuisse dixit, illius utique hominis qui dixit: *Quem dicunt esse homines Filium hominis?* Sicut ergo orante Eliâ, post tres annos et sex menses pluvia de celo descendit, ita et in adventu Salvatoris tribus annis et sex mensibus, quibus prædicare dignatus est, pluvia verbi Dei totum mundum feliciter irrigavit. Et sicut tunc in adventu Eliæ omnes sacerdotes idolorum interfecit sunt et delicta et in adventu veri Eliæ, id est, Domini nostri Jesu Christi, observatio sacrilega paganorum destructa est... Denique sicut Dominus, postea quàm multas virtutes exercuit, postea quàm passus est, resurrexit et ascendit in cælum, ita et Elias post mirabilia quæ per eum Deus fecit, igneo curra elevatur ad cælum. Elias in raptu pallium Eliseo discipulo demisit, duplicisque spiritus sui reliquit hæredem; Christus in cælum ascendens, dona dedit hominibus, et post ascensionem Spiritum sanctum ad illos misit, ac virtute ex alto induit. De priori dissertationis parte hæc sufficiant. De posteriori nunc disserendum.

PROFUSIO. — *Elias cum Enoch præcursor Christi ad judicium venturi futurus est.*

Propositionis hujus veritas Malachia propheta probatur oraculo, cap. 4, 5, Deum ita loquentem inducentis: *Ecco ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus et horribilis. Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam, et percussam terram anathemate.* De Joanne Baptistâ, qui venit in virtute et spiritu Eliæ, præcursor primi adventus Christi, locum illum perperam explicant catholici quidam interpretes, et plures ex Protestantium grege. Secundum enim Christum adventum ad judicium manifestè designant illa verba: *Antequàm veniat dies Domini magnus et horribilis.* Item illa: *Ne fortè veniam, et percussam terram*

anahemate, quæ primo Christi adventi non conveniunt, uti nec primum illud comina ejusdem capituli: *Ecce enim dies venit succensa quasi caninus; et erant omnes superbi, et omnes facientes impietatem stipula; et inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem et germen.* De Eliâ etiam ipso, non de Joanne, hunc locum esse intelligendum, confirmant septuaginta Interpretes, quorum versio sic habet: *Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magna et illustris.* Cui consentit Arabica. De ultimo etiam iudicio locum hunc intellexerunt Chaldaeos paraphrastes, et Syrus interpres, adeoque et Eliâ nomine Thesbitem prophetam, non Joannem Baptistam, Christi in primo adventu præcursorem. Ita Chaldaica paraphrasis: *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, ante adventum diei qui venturus est à conspectu Domini, magnus et terribilis.* Ita Syriaca versio: *Ecce missurus sum vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et formidandus.*

Confirmatur ex Ecclesiastici cap. 48, ubi Sirachides Eliam prophetam commendans, his cum verbis inter alia compellat: *Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. Qui scriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob.* Quæ de Joanne Baptistâ nemo cordatus intellexerit.

Confirmatur insuper ex oraculo Christi, Matth. 17, 10, duplicem adventum suum, et utriusque anteambulones distinguentis, Joannem, qui mysticus est Elias, primi; verum Eliam Thesbitem, prophetam, secundi adventus præcursorem. Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes: *Quid ergo scribe dicunt quod Eliam oporteat primum venire? At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est, et restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quaecumque voluerunt.*

Ita Malachia vaticinium interpretati sunt non Hebræorum tantum magistri, sed Ecclesie Patres. S. Justinus Martyr, Dialogo cum Tryphone Judæo, ubi Judæum illum sic loquentem inducit: *Omnes nos Christum hominem ex hominibus nascentem, et qui illum inungat, Eliam venturum præstolamur. Quod si hic appareat Christus esse, hominem ex hominibus genitum esse omnino scire oportet. Ex eo autem quod Elias non venerit, neque hunc Christum esse*

censeo. Tum S. Justinus Tryphonem hunc in modum interrogat: *Annon Eliam verbum per Malachiam adventurum esse dicit, ante magnam et terribilem istam Domini diem?* Respondet Trypho: *Maximè.* Tum S. Justinus: *Si ergo ratio cogat fateri, duos futuros Christi adventus, prophetarum responsis prædictum esse; alterum passioni cum subditus, et inhonoratus, et informis apparebit; alterum cum gloriosus et iudex omnium cæderit; annon terribilis et magni illius diei, hoc est, secundi adventus ejus Eliam præcursorem fore, Verbum Dei prænuntiasse intelligemus?* Maximè, respondet Trypho. Tum Justinus: *Domini sanè noster hoc ipsum in doctrinis quoque suis futurum tradidit, cum dixit etiam Eliam venturum.* Atque nos id fore scimus, cum coelitus in gloria adveniet Dominus Jesus Christus: *Cujus etiam prioris apparitionis præco præcessit, qui in Eliâ fuerat spiritus, in Joanne generis vestri præprophetâ, utquam ultimus cælitus apud vos propheta apparuit.*

Tertullianus, libro de Anima, cap. 55: *Elias autem non ex decessione viæ, sed ex translatione venturus est; nec corpori restituentus, de quo non est exemptus; sed mundo reddendus, de quo est translatus; non ex postliminio viæ, sed ex supplemento prophetiæ; idem et ipse, et sui nominis, et sui hominis.* Et cap. 50: *Translatus est Enoch et Elias, nec mors eorum reperta est, dilata scilicet. Cæterum morituri reservantur, ut Antichristum sanguine suo extinguant.*

S. Hippolytus martyr, Oratione de Antichristo: *Prior Christi adventus præcursorem habuit Joannem Baptistam; posterior verò quo venturus est in gloria, Enoch et Eliam exhibebit, ad denuntiandum per universum mundum adventum Antichristi, hoc est, mille ducentos sexaginta dies, amicos saccis; facientque signa et prodigia, ut vel hic ratione fleant et convertant homines ad penitentiam. Quod si quis velit eis nocere, ignis egredietur ex ore ipsorum, et devorabit hostes eorum, illi potestatem habent claudendi coelum, ne pluat diebus adventus Antichristi, et aquas convertendi in sanguinem, ac percutiendi terram omni plagâ, quotiescumque voluerint. Cùmque prædicaverint hæc omnia, occumbent gladio, interfecti à diabolo.* De Enoch et Eliâ interpretatur oraculum illud Apocalypsis 11: *Et civitatem sanctam calcabunt*

mensibus quadraginta duobus: et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, induti saccis. Illi sunt duo olive, et duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet ex ore eorum, et devorabit inimicos eorum; et si quis voluerit eos ledere, sic oportet eum occidi. Illi habent potestatem claudendi coelum, ne pluat diebus prophetæ ipsorum; et potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, et percutere terram omni plagâ, quotiescumque voluerint. Et cum fuerint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abyso, faciet adversum eos bellum, et vincet eos, et occidet eos. Et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma et Ægyptus, ubi et hominis eorum crucifigatus est. Et videbunt corpora eorum per tres dies et dimidium; et sepultura eorum non sientur in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, et jucundabuntur, et munera mittent in vinum, quoniam hi duo prophete cruciaverunt eos qui habitabant super terram. Et post dies tres et dimidium, spiritus vite à Deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos, et timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audiverunt vocem magnam de celo, dicentem eis: Ascendite hic. Et ascenderunt in coelum in nube, et viderunt illis iudicium eorum. Quo oraculo Enoch et Elias adventus temporibus Antichristi, eorumque prædicatione, miracula, martyrium, anticipata resurrectio, et assumptio in coelum, non obscurè prædicantur.

S. Joannes Chrysostomus, homilia 58 in Mattheum: *Divine, inquit, Scripturæ duos adventus Christi testantur, quorum alter jam factus est, alter verò futurus est... Sed propheta quoque utriusque mentionem faciunt, et secundum, cui præcursorem Eliam asserunt et futurum; primi enim Joannes fuit præcursor, quem etiam Eliam Christus appellabat, non quia Elias esset, sed quoniam ministerium Eliæ faciebat; nam sicut ille secundi adventus præcursor erit, sic primi fuit Joannes. Sed scribæ ista confundentes, et populum pervertentes, secundi adventus solummodo recordabantur, et dicebant ad plebem: *Si Christus hic esset, Elias venisset.* Quapropter discipuli quoque dicunt: *Quare igitur scribæ Eliam oportere primum venire asserunt? Hæc de causâ Parrisæi miserunt ad Joannem, et interrogabant: Elias est tu? Nullam prioris adventus mentionem facientes. Quam solutionem attulit Christus, quia scilicet Elias quidem tunc venit, scilicet ante secundum meum adventum; et nunc jam Elias venit, et ipsum Joannem ita vocans. Si verò Thesbitem quem queritis, veniet. Ideo dicebat: *Elias quidem venit, et restituet omnia.* Quæcumque omnia? Quæcumque Malachias propheta dicebat: *Mittam enim vobis Eliam Thesbitem, qui restituet cor patris ad filium, ne sentiens percutiam terram penitus.* Vides exactam diligentiam prophetiæ prædicationis. Nam quoniam propter ministerii similitudinem Joannes quoque poterat Elias nominari, ne confusio fiat, patriam adscripsit, *Eliam Thesbitem* appellans. Joannes enim non erat Thesbitæ. Aliud etiam signum addit, dicens: *Ne percutiam terram penitus;* secundum atque**

terribilem illum adventum significans; quod enim ad feriendam terram venit. *Non venit, ait, ut mundum iudicem, sed ut salvem.* Quod dixit, ut expressè significaret, ante illum adventum, quo iudicium exerceret, Thesbitem esse venturum. Causam quoque cur venturus sit docuit. Quænam verò causa est? Ut Judæis credere in Christum persuaderet, ne omnes illo adventu penitus percutiantur; quam rem ipse in memoria reducens, inquit: *Et restituet omnia, incredulitatem videlicet Judæorum, qui tunc erant residui, ad fidem convertet.* Exquisitissime autem dicitur est: *Qui restituet cor patris ad filium.* Judæorum enim filii Apostoli erant, ad quorum dogmata patrum, id est, Judæorum generis mentem convertent.

S. Ambrosius, lib. 1 Commentarii in Evang. S. Lucæ, ubi Eliam cum S. Joanne Baptistâ comparat: *In deserto Elias, inquit, in deserto Joannes. Ille corvis pascebat, hic a dæmone, et calcatis omni voluptatis illecebriâ, parcimoniam prætulit, luxumque contempsit; ille Achab regis gratiam non quesivit, hic sprevit Herodis; ille Jordanem divisit, hic ad laevam salutare convertit; hic cum Domino versatur in terris, ille cum Domino apparet in gloria; hic prioris, ille sequentis Domini præcursor adventus.* Et in psalmo 85: *Nam et bestia illa Antichristus ex abyso ascendit, ut adversus Eliam atque Enoch, qui propter testimonium Domini Jesu terris sunt redditi, præliaretur, ut legimus in Joanne sine Apocalypsi.* Eodem sententiæ suffragatur Hilarius diaconus in Commentario Epistolæ ad Corinthios, ad cap. 4, inter S. Ambrosii opera.

S. Hieronymus, in cap. 10 S. Matthei: *Sunt qui propterea Joannem Eliam vocari putant, quod quomodo in secundo Salvatore adventu juxta Malachiam præcursor est Elias, et venturum iudicem nuntiaturus, sic Joannes in primo adventu fecerit; et uterque sit nuntius vel primi adventus Domini, vel secundi.* Et in cap. 17: *Traditio Pharisæorum est, juxta Malachiam prophetam, qui est novissimus in duodecim, quod Elias veniat ante adventum Salvatoris, et reducat cor patrum ad filios, et filiorum cad patres, et restituet omnia in antiquum statum.* Mox Christi verba: *Elias quidem venturus est, et restituet omnia, in hunc sensum exponit: Ipse qui venturus est in secundo Salvatore adventu juxta corporis edicem, nunc per Joannem venit in virtute et spiritu.*

S. Augustinus, libro 20 de Civitate Dei, cap. 29, oraculum Malachiæ expendens, hæc habet: *Chm autem admonuisset, ut memissent legis Moysi, quoniam prævidebat multo adhuc tempore, non eam spiritualiter, sicut oportuerat, accepturos, cominatio subiecit: *Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbitem, antequam veniat dies Domini magnus et illustris, qui convertet cor patris ad filium, et cor hominis ad proximum suum, ne forte veniens percutiam terram penitus.* Per hunc Eliam magnum mirabilique prophetam expressit sibi lege, ultimo tempore ante iudicium, Judæos in Christum verum, id est, in Christum nostrum esse credituros, cœ-*

«berrimum est in sermonibus cordibusque  
 «fidelium. Ipse quippe ante adventum iudicis  
 «Salvatoris non immerito speratur esse veni-  
 «turus, quia etiam nunc vivere non immerito  
 «creditur. Curru namque igneo raptus est de  
 «rebus humanis, quod evidentissime sancta  
 «Scriptura testatur. Cum venerit ergo, ex-  
 «ponendo legem spiritualiter, quam nunc Ju-  
 «dæi carnaliter sapiunt, convertet cor patris  
 «ad filios, id est, cor patrum ad filios, sin-  
 «gularem quippe pro numero plurali. Inter-  
 «pres septuaginta posuerunt. Et est sensus:  
 «Ut etiam illi sic intelligent legem, id est,  
 «Judæi, quemadmodum Patres eam intelle-  
 «runt, id est, prophæta, in quibus erat et  
 «ipse Moyses.»

«S. Cyrillus Alexandrinus, Commentario in  
 «Malachia cap. 4: «Argumentum mansuetudi-  
 «nis et tolerantie Dei, quod Elias Thesbites  
 «quoque nobis prius olim affulsurus est, qui  
 «omnibus mortalibus affuturus iudicem præ-  
 «sumit. Quoniam autem multis peccatis  
 «obstricti sumus, utiliter præcedit divinus  
 «propheta, homines per terram in concordiam  
 «reducens, ut omnes in unitatem fidei con-  
 «gregati, et à perversorum operum studiis  
 «quiescentes, quod bonum est elicere velint,  
 «caque ita veniente Iudice salventur. Prius  
 «igitur venit beatus Baptista Joannes in spi-  
 «ritu et virtute Eliæ. Sed quemadmodum ipse  
 «prædicabat: Parate viam Domini, rectas  
 «facite semitas Dei nostri, ita et divinus Elias  
 «evicturum iam tunc prædicabit, et jamjam  
 «affuturum, ut indicat orbem in justitia.»

«Theodorus, Commentario in Malachia  
 «cap. 4 de Judæis loquens, ait: «Deinde, cum  
 «secret eos neque legi obtemperaturos, neque  
 «eum in mundum venientem recepturos esse,  
 «sed in crucem acturos, inexplicabili miseri-  
 «cordiâ utens, Eliam rursus illis se missurum  
 «pollicetur præconem salutis, et ait: Ecce ego  
 «mitto vobis Eliam Thesbitem. Tum indicans  
 «tempus, adjecit: Antequam veniat dies Domini  
 «magnæ et illustris. Diem secundi adventus  
 «dixit, et ea docet quæ magnus Elias facturus  
 «sit, cum venerit. Qui convertet cor patris ad  
 «filium, et cor hominis ad fratrem suum. Et ut  
 «inducto quo sine Elias prior venerit, adjecit:  
 «Ne forte veniens percussit terram penitus:  
 «Ne enim, inquit, vos omnes in infidelitate de-

«prehensum in perpetua supplicia relegem, prius  
 «veniet Elias, et tunc adventum vos edocet:  
 «et vobis, O Judæi, inducent animum, ut sine  
 «dubitatione eum gentium fidelibus conjuga-  
 «mini, et in unam redigamini meam Ecclesiam.  
 «Patres autem vocat Judæos, quod priores  
 «vocati fuerint; filios vero gentes, quod post  
 «eos salvi facti sunt. Quoniam ergo nos hoc  
 «et tempore Judæos adhortamur ad pietatem,  
 «illi contra nunquam nostris imitantes obtem-  
 «perant, salutem nostram emulantes, meritis  
 «dixit, Eliam patris cor ad filium convertentem.  
 «Hos enim adducet ut nostram communionem  
 «amplectantur.» Et in cap. 12 Danielis, præ-  
 «missa Malachia oraculo, ait: «Docet nos, quem-  
 «admodum Anti-christo illa audente, appare-  
 «bit magnus Elias, Judæis Domini prædicans  
 «adventum, et multos convertet.»

«S. Gregorius Magnus, homilia 7 in Evange-  
 «lia: «Ad Zachariam, inquit, de Joanne ange-  
 «lus: Ipse præcedet ante illum in spiritu et  
 «virtute Eliæ. Qui idcirco venturus in spiritu  
 «et virtute Eliæ dicitur, quia sicut Elias se-  
 «cundum Domini adventum præveniet, ita  
 «Joannes prævenit primum; sicut ille præcur-  
 «sor venturus est Judicis, ita iste præcursor  
 «est factus Redemptoris.»

«Propositionem nostram calculis quoque suis  
 «confirmant S. Ephrem Syrus Sermone De Anti-  
 «christo; S. Prosper, seu alius auctor libri qui  
 «inscribitur: Dimidium temporis, cap. 13, 15, 16,  
 «inter illius opera editi; S. Joannes Damascenus,  
 «opusculi, lib. 3 de Trinitate, cap. 27; Alcuinus,  
 «opusculo de Antichristo; venerabilis Bedæ,  
 «libro de Ratione temporum, cap. 68, et in  
 «allegoricis Expositionibus in 1 Regum  
 «cap. 11; auctor sermonis de montibus Sina et  
 «Sion, inter opera S. Cypriani; auctor libri de  
 «Vita et Morte sanctorum, apud S. Isidorum;  
 «Primasius, Andreas Casareensis, Aretas, vic-  
 «torinus, Ambrosius Autpertus, Haymo Halber-  
 «statensis, Strabus monachus, Rupertus abbas,  
 «in cap. 11 Apocalypsis, et omnis recentiorum  
 «interpretum catholice, apostolice et Romanæ  
 «communions chorus; ut propositio nostra  
 «doctrina traditionis iure meritoque dici debeat.  
 «Quam Grotius annotationibus in cap. 17 S. Mat-  
 «thæi, aliique heterodoxi frustra rejiciunt, nullo  
 «freti argumento. (NATALIS ALEXANDER.)

INDEX RERUM

Columna  
 GASPARDI SANCTI IN LIBRUM IV.  
 REGUM COMMENTARIUM. 9-10  
 Caput primum. Ochozias rex Israel de  
 morbo suo Beelzebub consultum mittens,  
 ab Elia increpatur, ac moriturus prædi-  
 citur; duos quinquagenarios principes  
 ad Eliam missos ignis coelestis devorat  
 cum ipsorum multibus, tercio principe  
 propter modestiam servato, cum quo  
 Elias adit Ochoziam, cum defuncto succe-  
 dit frater Joram.  
 Ibid.

Commentarium. 15  
 Caput II. Eliseus Eliæ comes et disci-  
 pulus, Jordanem, aquâ Eliæ pallio di-  
 visâ, siccâ pede cum illo transit. Elias in  
 celum igneo curru rapitur; duplicem  
 ejus spiritum accipit Eliseus, ac pallio  
 Eliæ rursus Jordanis aquas dividas trans-  
 it. Aquæ Jericho ac terra sterilitas im-  
 missa ab Eliseo sale sanantur. Quadra-  
 ginta duo pueri propter irrisum Eliseum  
 ab ursis lacerantur.  
 Commentarium. 27  
 31

Caput III. Rex Moab, propter violatum  
 ab ipso fœdus, à regibus Israel, Juda et  
 Edom bello appellitur. Prementem verò  
 sibi, Dominus pluviam per Eliseum re-  
 gibus illis promittit, et victoriam de re-  
 ge Moab, qui suo primogenito immolato  
 urbis exitum ardet.  
 Commentarium. 77  
 81

Caput IV. Eliseus viduæ pauperi  
 oleum impetrat quo debita solvit; Su-  
 namitidi hospitiæ suæ filium, quem post-  
 ea mortuum suscitât; farinâ pulmento  
 infusa, ipsius auferit amaritudinem, et  
 paucis panibus multos satiat.  
 Commentarium. 99  
 105

Caput V. Rex Syria Naaman leprosum  
 ab rege Israël curandum jubet; hunc  
 Eliseus septies in Jordane lotum munda-  
 tit à leprâ, quæ dehinc servo Giezi,  
 propter munera mendacio extorta, per-  
 petuò adhaesit.  
 Commentarium. 151  
 157

Caput VI. Ferrum securis, jubente  
 Eliseo, natat. Regis Syria milites quasi  
 excecati in Samariam dicuntur ab Eli-  
 seo, quem apprehendere nitebantur.  
 Syria Samariam obsidentibus, matres ob-  
 inediâ filios suos comedunt, propter  
 quod Eliseus à rege jubetur occidi.  
 Commentarium. 157  
 165

Caput VII. Eliseus prædicat frumenti  
 abundantiam, quam leprosi quatuor in  
 Samaria annuntiant, territis à Deo Syris  
 ac in fugam dilapsis. Dux quidam  
 propter denegatam verbis Elisei fidem à  
 turba comelatur ad portam Samariæ.  
 Commentarium. 189  
 195

Caput VIII. Post famem septem anno-  
 rum, Sunamis suis agros cum fructi-  
 bus recuperat. Eliseus Benadad agro-  
 tantem prædicat moriturum, et impium  
 Hasael regno politurum. Joram rex Juda  
 debellat Idumæos, quod à se recessissent;  
 cui impio succedit Ochozias filius im-  
 pius.  
 Commentarium. 199  
 205

Caput IX. Jehu in regem Israel anctum  
 jubet Dominus ut deleat domum Achab;  
 interficitur ab ipso Joram unâ cum  
 Ochoziâ rege Juda. Corpus Jezabelis è  
 fenestrâ dejectum canes devorant, juxta  
 Eliæ vaticinium.  
 Commentarium. 239  
 257

Caput X. Jehuseptuaginta filios Achab  
 et quadraginta duos fratres Ochoziæ ne-  
 cari jubet, totamque Achab progeniem  
 delet, et omnes sacerdotes Baal per as-  
 titium convocatos occidit, exusta ipsius  
 statua, et templo in cloacam verso; attu-  
 lato verò sacerdote jubente occiditur, et  
 Joas rex Juda constituitur, destructis  
 ar' et imaginibus Baal.  
 Commentarium. 275  
 279

Caput XI. Athalia, auditâ filii morte,  
 omnem semen regum, præter Joas, ferro  
 extinguit et regnum sibi usurpat; Joiadâ  
 verò sacerdote jubente occiditur, et  
 Joas rex Juda constituitur, destructis  
 ar' et imaginibus Baal.  
 Commentarium. 275  
 279

Caput XII. Joas gazophylacii pecuniam

ad seria lecta templi instauranda expen-  
 dit. Omnes templi et palatii thesauros  
 mittit ad Hazaelem bellum contra ipsum  
 moventem. Joas à servis occiditur, cui  
 succedit filius ejus Amasias.  
 Commentarium. 289  
 295

Caput XIII. Joachaz rex Israel propter  
 sua peccata gravissimè afflictus à rege  
 Syria, conversus ad Dominum liberatur;  
 cui mortuo succedit filius Joas, qui juxta  
 morientis Elisei prophetiam Syros ter-  
 devincit. Mortui Elisei sepulcro injec-  
 tus quidam mortuus suscitatur.  
 Commentarium. 507  
 511

Caput XIV. Amasias, interfecit occi-  
 soribus patris sui Joas, percutit Edom;  
 sed hæc victoria inflatus, provocat ad  
 prælium regem Israel Joas, qui capto  
 rege Juda, Jerusalem diripit. Joas regi  
 Israel succedit filius Jeroboam, qui ab  
 angustiis liberat Amasiam. Illic succedit  
 filius Zacharias. Amasias rex Juda, factâ  
 conjuratione à suis occiditur, cui succe-  
 dit filius Azarias impius.  
 Commentarium. 525  
 529

Caput XV. Azarias leprâ afflicto succe-  
 dit filius Joathan in Juda; Zacharias in  
 Israel succedit Sellum, et illic Manahem,  
 qui fit tributarius regi Assyriorum; huic  
 Phacæa, huic Phacæ, cujus tempore  
 Theglathphalasar ingentem Israël par-  
 tem transfert in Assyrios; huic succedit  
 Osee, in Judâ vero mortuo Joathan suc-  
 cedit filius Achaz.  
 Commentarium. 561  
 567

Caput XVI. Achab filium suum per-  
 ingem consecrat idolis, regibus quoque  
 Israel et Syriae Jerusalem obsidentibus,  
 auxilium à rege Assyriorum obtinet; in  
 ejus gratiam, ablato Dei cultu, diis As-  
 syriorum sacrificat; cui succedit pius fi-  
 lius Ezechias.  
 Commentarium. 585  
 587

Caput XVII. Post multa filiorum Israel  
 facinora, Salmanassar, sub Osee recu-  
 sante antiquum Assyriæ pendere tribu-  
 tum, transfert Israel in Assyrios; et quia  
 Assyrii in Samaria missi, cultum Dei  
 ignorantibus, devorabantur à leonibus,  
 mittitur eis sacerdos Israeliticus qui ip-  
 sos instituit; sique factum est ut et  
 Deo et idolis servirent.  
 Commentarium. 409  
 417

Caput XVIII. Ezechias, dissipatis idola-  
 torum delubris, ac aene Moysi serpente  
 confracto, percutit Edom; et cum As-  
 syriis rebellasset, rex Assyriorum, expu-  
 gnatis civitatibus Juda, Ezechiez ma-  
 gnum pecuniam vim imponit; missâ manu  
 validâ Jerusalem obsidet; multis probris  
 in Ezechiam, et blasphemis in Deum  
 per Balsaceum jactatis.  
 Commentarium. 457  
 445

Caput XIX. Precantibus Ezechia et  
 Isaiâ ad Dominum, percutit angelus  
 185,000 Assyriorum; fugiens Sennache-  
 rib, in templo idolorum suorum à filiis  
 suis occiditur.  
 Commentarium. 469  
 475

Caput XX. Isaiâ agrosentem Eze-  
 chiam moriturum denuntiat; at ille sub